



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis  
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -  
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio  
Leodii, 1709**

Caput V. A sanctis Patribus culpantur, & saltem jejunii meritum perdunt,  
qui diebus jejuniorum, varia gulæ in cibis & liquoribus irritamenta  
exquirentes, negotium non agunt domandæ carnis, imò potùs ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

tum, ab Ecclesiae doctrina & mente alienum, non fine ratione asserit Natalis Alexander.

<sup>47</sup> Enimvero male intellectum, januam aperuit, non solum laxitatil illi Tamburinianae & Escobariae, sed & pluribus aliis, v.g. quā Thomas Hurtadus, & ipsius referens Tamburinus u. 3. censent si ne fractione jejuniū manē sumi posse pōtūm choclate, citare ad nutrientium, & famem sedandam, inquit Filius & Fagundez apud Diana p. 1. tr. 9. resol. 23. Sed utrumque improbabile esse judicat noster Lezana Consilio 48. n. 88. & seqq.

<sup>48</sup> Item, eum qui sapientib; toties quoties sumere posse aliquid cibi, ne potus noceat. Pro qua opinione Leander de jejuniis q. 10. citat, sequiturque 24. Casuulas; quos inter Bonacina permittit toties quoties sumere duas ficas. Diana quinque vel sex amygdalas faccharo confectas. Ledefma duodecim confectiones, vulgo confites. Pasqualigus quamlibet quantitatem infra utimam. Sed ex opinionibus illis sequeretur, quod is qui in die jejuniū sapientius modicum quid comedat, esti notabilem quantitatem in fine comedere, non frangit jejuniū. Quia scilicet non sumit per modum cibi, sed per modum remedi, ne potus noceat. At istud est frivolum. Non enim bibat, tunc potus non nocbit. Unde propositionem Alexander VII. merito damnavit proposit. 29.

## C A P U T I V .

Nonnullae aliae Casuistarum opiniones consutatae.

<sup>49</sup> Imprimis probanda non est opinio Filiuti, Boschi, Pasqualigi, Vidal, & aliorum, existimantium non frangi jejuniū, si poma, pira, & similia sumuntur ad sedandam sitim. Quia sumuntur (inquit) per modum potis. Idem de malis canticis dicit Pasqualigus decif. 135. Et de uis recentibus decif. 136. Ita etiam Vidal n. 155. Sed idē probandi non sunt: quia similia sumere, revera est comedere, non bibere, ut communis est hominum sensus.

<sup>50</sup> Deinde probandum non est, quod iidem Pasqualigus & Vidal benē valentibus & robustis licet amiserunt sumptionem electuariorum, conservarū, & similiū, ad conservandam (inquit) bonam corporis constitutionem. Nec enim sanctus Thomas, & Doctores graviores id permitunt, nisi per modum medicinæ, supponit indispositionem, vel quae sit de facto, vel quae aliquo di proximo timeatur.

<sup>51</sup> Hinc etiam benē valentibus & robustis non licet manē modicum sumere jentaculum, sed solis debilibus, quibus id necessarium judicant Medici. Nec enim id licitum, nisi per modum medicinæ.

<sup>52</sup> Servitores tamen & Lectores mensæ, diebus jejuniorum, licet sumunt aliquid, antequam feriant, vel legant, idque ipsi Doctores communiter permittunt. Sive quia id obtinuit priorum consuetudo; sive quia tunc censent cum aliis incipere prandium, licet deinde illud per tempus non longum interrrupant, ad satisfaciendum suo muneri. Quae interruptio communī estimatione duplē non constituit refectionem.

<sup>53</sup> Tertio, Paludanus, Richardus, Joannes de la Cruz, Rodriguez, Azorius, Leander a SS. Sacramento, &c. merito improbabilem opinionem Medinae, Bonacinae, Sanchezii, Filiuti, Reginaldi, & aliorum, acrium, quod dejunans, rogatus ab amico, possit, absque culpa, post prandium sumere aliquid cibi, in quantitate excusante à mortali, ne videatur inurbanus. Quia christiana urbanitas id non videtur exigere; neque enim apud verē Christianos inurbanus censetur, si excusat se ratione jejuniū.

Tom. II.

Quarto, proferit erronea videtur sententia Filii, Trullench, Pasqualigi, Leandri, qui tenent, quod ille qui in die jejuniū potest cenare, possit urbanitas causa invitare amicum (cui licitum non est cenare) ad coenandum secum; etiam si aliqui paratus non esset cenare. Quia hoc est ad illicitum invitare, & causam esse peccati ipsius, ut recte Vafquez, Bonacina, Azorius, Lessius. Non inficer tamen invitari posse ad communione mensa, dummodo non invitetur; nec urgeatur ad cenam. A quo tamen abstinentum; si prævideatur abusurus.

Quintò, licet præfixum non sit tempus, quod insumere licet inter prandendum in die jejuniū. Non licet tamen illud ad tres vel quatuor horas protrahere; multo minus à meridiis usque ad tempus cenæ. Quia hoc est equivalenter prandere & cenare. Nec id magis in Germania licitum, quam alibi. Unde si ista sit ibi consuetudo, labenda non est pro licto usu, sed pro aduso, quidquid dixerit Pasqualigus decif. 157.

## C A P U T V .

Asanctis Patribus culpantur, & saltēm jejuniū mēritum perdunt, qui diebus jejuniorum, varia gaudiā in cibis & liquoribus irritamenta exquirentes, negotium non agunt domande carnis, tñd potius voluptatis.

<sup>46</sup> Ita tradit S. Augustinus serm. 205. 207. 208.

<sup>47</sup> & 210. ubi sic: Sunt quidam observatores Quadragesimæ, deliciis potis quam religiosi, exquirentes novas suavitates, magis quam veteres concupiscentias castigantes; qui copiosis, pretiosisque apparatus fructuum diversiorum, quorumlibet objonctionum varietates & sapores superare contendunt. Vasa, in quibus coquuntur carnes, tamquam immunda formidant, & in sua carne ventris & gutturis luxuriam non formidant. Jejunant, non ut solitam temperando minuant edacitatem, sed ut immoderata differendo angeant aviditatem. Nam ubi tempus reficiendi advenerit, opimis mensis tamquam pecora præcepibus irruunt; numerosoribus ferulis corda obrunt, ventresque distendunt. Artificiosis, & peregrini condimentorum diversitatibus gulam, ne vel copia compescatur, irritant. Denique tantum capiunt manducando, quantum digerere non sufficiunt jejunando. Sunt etiam qui vinum ita non bibunt, ut aliorum expressione pomorum, alios sibi liquores, non salutis causa, sed iucunditatis exquirant. Tamquam non si Quadragesima pars humilitatis obseruat, sed novæ voluptatis occasio. Quantum enim honestius, si flomachi infirmitas aqua potare non tolerat, vino usitato & modico sustentetur, quam quarantur vina, que vindemiam nesciunt, que sorcularia non neverunt....? Quid autem abjurdus, quam tempore, que caro arcuata castiganda est, tantas carni suavitates procurare, ut ipsa fauorum concupiscentia nolit Quadragesimam preterire? Quid inconvenientius, quam in diebus humiliatis, quando pauperum victus omnibus imitandus est, ita vivere, ut si tota tempore sic vivatur, vix possit dicitum patrimonio sustinere? Gavete ipsa, dilectissimi, cogitate quod scriptum est: "Post concupiscentias tuas non eas." Quod saluberrimum præceptum si omni tempore observandum est; quanto amplius his diebus; quando ita turpe est, si cupiditas nostra ad inusitatam laxetur illecebros, ut meritis culpetur, qui non respuerit abstinas. Diebus utique poenitentie, quibus tantid 57 unusquisque abstinere debet à liciti, quanto se meminit & illicta perpetrasce, ut Gregorius Magnus ait homil. 20. & 34. in Evang. Et S. Eligius homil. 9. prope finem: Quia fratres charissimi, multa illicta commisisti, debetis abstinere à liciti.

hh 2

Quod & tradit Jonas Aurelianensis de Institut. Laic. I. i. c. 9. Nicolaus I. in respons. ad Confulta Bulgarorum c. 4. aiens, id est secundum sacra Decretalia. Et idipsum ratio ipsi docet, quia penitentia vera exterior (inquit B. Albertus Magnus in Paradiso anima c. 41.) est abstinentia a licetis, cum de illicitis venia postulatur. Unde etiam S. Thomas in 4. dist. 15. q. 3. a. 1. dicit, quod qui illicita committit, oportet etiam a licetis abstinere. Et qualis (amabo!) penitentia, ubi nulla solitarum deliciarum subtrahio? Eiusmodi penitentem iridet Tertullianus lib. de penit. cap. 11. Audi S. Joannem Climacum in Scala Paradisi gradu 5. Penitentia (inquit) est seipsum condemnans cogitatio; est consolations corporae perpetua repudatio; est voluntaria rerum omnium, que afflignant, toleratio; est cruciatum sibi semper opifex; est valida ventris afflictio, &c. Nonne ista beata convenienter iis, qui vix illas sibi delicias, vel carnales voluptates subtrahere volunt? Non putat Theodolphus, Aurelianensis Episcopus, qui in Capitulari c. 40. de penitentia, seu jejunii diebus loquens, abstinentia (inquit) in his diebus omnium deliciarum esse debet.

## CAPUT VI.

Similiter à sanctis Patribus, & sacris Canonibus, unanimique Canonistarum, ac plurium magni nominis Theologorum sententia, Christiani hominis officium plene implere non consentur, qui in Quadragesima, & aliis diebus jejuniu conferratis, à petitione non abstinent debitis conjugalis.

**58** Conjugatos à jejuniu observantia excusat Tam burinus n. 37. quando jejunando nequeunt reddere debitum, etiam si comparet preibus à debito exigendo avertere possent. Ita etiam Angelus, Bossius, Sanchez, &c. Verum hæc opinio tolerabilis non est falsaque, erronea, castaque aures & animos offendens, non sine ratione vocatur à Natale Alexandro reg. 3. Quia (inquit) tantum abest ut jejunium violare possint conjugati, absque mortali peccato, ut conjugale debitum invicem reddant, quin potius optet, ac vehementer suadat Ecclesia, ut runc ab opere conjugali abstineant, ut oratione vident & jejunio. Idque ipse etiam Spiritus sanctus commendat Joël. 2. Sanctificate jejunium.... egredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Et Paulus 1. Cor. 7. monet quidem conjugatos, ne fraudent invicem, sed addit exceptionem, nisi forte ex confessu ad tempus, ut vacatis orationi; Grecus textus addit, & jejunio. Apostolus quoque Petrus vult quidem viros uxoribus cohabitare, sed justa scientiam, quasi infirmiori vasculo multebri impartenies honorem (certis temporibus abstinenti a coitu, inquit Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum c. 4. Siquidem si abstinemus nos a coitu, honorem tribuimus uxoribus) us non impediunt orationes vestre. Ecce (ait iterum Hieronymus) uterque Apostolus, eodem sensu, quia & eodem spiritu, impediri dicit orationes officio conjugali. Propter quod præmiserat: Quandiu impleo officium mariti, non impleo omni ex parte officium Christiani: quia jejunii tempus, tempus orationis est, & non letitia ac voluntatis, sed penitentia & meritorum. Ad quod significandum, instante jam diluvio, dicit Scriptura Genes. 7. quod in arcam primò ingressus est Noe, & filii ejus, deinde uxor ejus, & uxores filiorum ejus. Cum vero credendum fuit de arca, dixit ei Dominus: Egedere tu, & uxor tua; filii tui, & uxores filiorum tuorum. Quem ordinem confidens Ambrosius 1. de Noe & arca cap. 21. Queramus (inquit) quā ratione, quandiu ingrediebantur in arcam; hic ordo fuit ingredientium, ut primò ip-

se ingredieretur, & filii ejus; inde ejus uxor; & uxores filiorum ejus: quando autem exierunt, comutatum sit. Et responderet, quod littera significat in ingressu abstinentiam generationis, in egressu generationis usum... id est non commisceret Jesus in introitu, commisceretur in egressu. Quia in ingressu meritoris tempus, non letitiae erat. Et inde iustus confortis non delectabatur uxor, vel filii iusti petebant copulam conjugalem. Aperte igitur, velat ordine ipso ingressione, vocem quamdam iusti eletitit, tempus illud non esse concubitus, neque de penitentia & orationis tempus erat. Unde in Evangelio Dominus ait, reprehendens, quod temporebus Noe manducarent, & biberent, uxor duxit, & filias nuptias tradiderent; & ida propter intemperantiam eorum supervenisse diluvium.

Certum proinde videtur multos, & valde mul- 60 tos conjugatos hac in re nimis intemperantes esse, intemperantiamque ipsorum Deo displicere, quod ne penitentia quidem & orationis tempore ab uxoribus magis abstinenre velint, quam letitiae tempore; sed omni tempore velint carnalibus voluptatibus indulgere. Quasi de nihilo scriptum sit Eccl. 3. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Quod sancti Patres unanimi sensu sic haec tenus intellexerunt, ut penitentia tempore Christianus longè fieri debeat ab amplexibus. Unde rursus Ambrosius lib. 2. de penit. c. 10. An illam penitentiam quisquam putat, ubi... ipsius copulae conjugalis usus? Augustinus serm. 205. alias de divers. 68. Per alios dies adulteria, fornicationes, omnesque illicitas corruptelas nolite contingere; per hos autem Quadragesime etiam à conjugibus abstineete. Et serm. 208. Quicumque etiam estis conjugali alligati, natus maximè (in Quadragesima scilicet) Apostolica monita nolite contemnere, ut invicem abstineatis ad tempus, ut vacatis orationibus. Quid enim & aliis diebus nolite fieri, natus invereturum est, si modò non fiat. Sermonem etiam 204. A conjugali (inquit) concubitu bi dies postulant continentiam. Arbitror (inquit serm. 208.) onerosum esse non debere, anniversaria obseruatione hoc facere conjugatos.... quod tota vita sanctæ virgines suscepunt. Sanctus Eligius homil. 16. Diebus Quadragesime vos omnibus modis à conjugum commissione vestraru. sicut dicit Christianos, abstinenre oportet. Theodolphus, Episcopus Aurelianensis, in Capitulari c. 41. Abstinentiam est bis sacratissimis diebus à conjugibus, & casti, & pi vivendum.... Quia penè nihil vallet jejunium, quod conjugali opere polluitur. Ipsum tradunt S. Cæsarius serm. 46. in Appendice Augustini 122. Herardus Turonensis Archiepiscopus in suo Capitulari. Nicolaus I. in respons. ad Confulta Bulgarorum c. 9. Solebatque Elphefus, Vintoniensis Episcopus, in capite jejunii Quadragesimalis conjuges e suggestu monere, ut Quadragesima tempore, uxores velut forores habent, castitatem servarent, & jejunium, carnem suum maccerando, strictè decurrente.

Quid plura? In Penitentiali Romano, ab annis plurimam octingentiam edito, legitur Decretum istud: Qui in Quadragesima ante Pascha coaggrat uorem suam, & noluerit abstinenre ab ea, annum unum peniteat.... Si per ebrietatem, & sine consuetudine acciderit, quadragesima dies peniteat. In Orientali quoque Ecclesia, ipsos Communione Paschali, aliquique penis multatos fulsos, testatur Balfamon, Patriarcha Antiochenus, in respons. ad q. 10. Marci Patriarche Alexandrinus, ut videre est pag. 386. Juris Orientalis.

Et quare solemnes celebrazione nuptiarum tempore Quadragesimali sacri prohibent Canones? Respondeat Concilium Toletanum anno 1473 celebratum can. 6. quod sacramentum Canonum inten-